SI vero criminis commissi occasione latuerit, aut provinciam illam reliquerit, in qua deliquit, jubemus legitimis edictis a Judice vocari eum, & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur, quod in alia provincia degat, jubemus provinciæ illius Judicem, in qua crimen commissum est, epistola publica ut ad provinciæ illius Judicem, in qua delinquens degit. Ille vero, qui publicas susceperit literas, periculo suo, & officii sui comprehendet eum, & ad Judicem provinciæ transmittet, in qua peccavit, suppliciis legitimis subjiciendum. Si vero, qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut Officium ejus imperata neglexerit, tunc & ipsum judicem tres libras auri, & officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Sin autem Judex, aut aliquis Officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc fecisse convincatur, solutione cingulo, & exilio tradatur.

Si maritus desistat.

16. Impp. VALERIAN. & GALLIENUS AA. Archesilao.

ABolitionem adulterii criminis posttulans, Præfidem [11], in cujus officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Cæterum erras tu materite, existimans etiamsi simpliciter, id est, sine abolitione delictistes [12], Senatusconsulto [13] in persona tua futurum locum non fuisse; diversum enim Divi Principes sæpe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi ulterius potestatem instituendi hujusmodi accusationes: quia & decreto Patrum, [&] lege Petronia [14] ei, qui jure viri delatum adulterium non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. PP. 15. Kal. Jun. MAXIMO, & GLABRIONE CONSS. 257.

De lenocinio.

17. Iidem AA. Victorino.

SIne metu legis Juliæ de adulteriis coërcendis revocare uxorem in matrimonium potes: cum nihil [15] amplius, quam libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. In enim committit in pœnam quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatam habet: vel adulteram scienS [16], ut ignorantiam simulare non possit, retinet uxorem. PP. 6. Kal. Aug. iplis AA. IV. & III. CONSS. 258.

De polygamia.

18. Iidem AA. & VALERIANUS C. Theodoræ.

EUm [17], qui duas [18] simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non juris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi [19] destinatio cogitatur. Verumtamen ei, qui te ficto [20] cœlibatu, cum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, solicitavit ad nuptias: etiam [21] crimen [22] stupri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omnia exactionis instantia impetrabis a Rectore provinciæ: nam ea quidem, quæ se tibi, ut [23] sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cum effectu potes, quasi sponsa? Accepta Id. Majis, *Antiochiæ*, TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

De absente.

19. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. ad Pompeianum.

QUamvis indubitati juris sit, quotiens adulterii crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere [24]: tamen quoniam ex literis tuis cognovimus Materiam Propositi Viatoris uxorem, habitis quæstionibus, cum Juliano quodam adulterium commissiSe deprehendisse, ipsius præsentiam [25] postulasse; non putavimus confecto pene judicio, facinore etiam agitata quæstione convicto, Propositum ab excubiis limitis revocandum. Dat. S. Non. Decembr. AA. & CONSS.

De stupro.

20. Iidem AA. & CC. Didymo.

FOedissimam [26] earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quæ per vim [27] stupro compressæ sunt, irreprehensa [28] voluntate, leges ulciscuntur: quin etiam inviolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, merito placuit. PP. 3. Non. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De eo, qui per occupationes publicas accusationem instituere non potuit.

21. Iidem AA. & CC. Silano.

OB commissa adulteria, atque accusandas uxores, certa tempora, quæ utiliter [29] computari solent, præscripta sunt. Si igitur per occupationes [30] publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam solicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cum vacare cœperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam adversariam futuræ accusationis speciem prætendas. PP. 14. Kal. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De meretrice.

22. Iidem AA. & CC. Oblimosi.

SI ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim [31] venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit: adulterii crimen in ea cessat. PP. 12. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De servis. 1. De pecunia data ad redimendam litis vexationem, vel captandam impunitatem.

23. Iidem AA. & CC. Proculo.

SErvi [32] ob violatum contubernium [suum] adulterii crimine accusari non possunt. §. 1. Is autem, qui post [33] difficiatum matrimonium uxorem licito jure duxit, obque intentatæ accusationis, ac potentis patrocinii metum ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum id, ulciscendamque turpis lucri cupiditatem, adire Præsidem potest, qui examinatis [partium] allegationibus, & inquisita fide veri, liquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognoverit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex evidentibus juris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem fœtum [pecuniam] esse: eum, qui etiam adversus Senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri jubebit. PP. Kalend. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De injusto contubernio.

24. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI ejus, a quo nunc adulterii rea postularis, contra juris formam contubernio [34] hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

De existimatione.

25. Iidem AA. & CC. Sosfiano.

ETsi libidine intemperatæ cupiditatis ex Actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas [35] compressisse, & non liberas stupraisse detectum sit, ex hujusmodi sententia gravatam [36] potius [37] opinionem tuam, quam infamia afflictam esse manifestum est. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

1 Vid. Rittershus. in *expoS. Novell. part.* 12. c. 5. Ant. 2 Condemnatio adulteri, adulteræ, quæ accusata non fuit, non nocet: adde *l.* 17. §. 6. *vers. Si condemnatus. ff. h. t.* 3 *L.* 11. §. 2. *ff. h. t.* dixi ad *l.* 3. *fugr. de accusat.* 4 Imo non potest. vid. *l.* 15. *ff. h. t.* 5 Forum adulterii criminis observa; In qua provincia mulier adulterium commisit, in eadem accusari debet. vid. *l.* 1. §. *ubi de crim.* adde *l.* 15. *ff. h. t.* 6 Imo ab ea, *l.* 5. *ff. h. t.* 7 *L.* 16. *d. l.* 17. *in prin.* & §. 6. *ff. h. t.* 8 Imo potest. *l.* 13. §. 1. *h. t.* 9 Potest, postquam adversus eam inchoatum est. *d. l.* 13. antequam lit inchoatum, non potest. *ut hic.* 9 Vid. *l.* 14. *fugr. h. t.* 10 Vide *l.* 21. *j. h. t.* 11 Vid. *l.* 2. *j. de abolitionibus.* 12 *L.* 2. §. 1. *ff. h. t.* 13 TurpillianO. *l.* 14. *in fin. ff. h. t.* & præmne quinque librarum auri. *l.* 3. *in fin. ff. de prævaricat.* non tamen talionis. 14 Legis Petroniæ alterum cap. vid. in *l.* 11. *in fin. ff. ad l. Corn. de sicariis.* 15 Vid. *l.* 5. *ff. ad SC. Turpill.* 16 *L.* 11. *in fin. ff. h. t.* 26. *ff. de ritu.* 17 Bigamiæ variæ pœnæ vide apud Menochium 2. *de arbitrar. jud. quæst.* 5. *cas.* 220. 18 Infamia notatur, qui duas simul uxores habet. vid. *l.* 2. §. *de incestis. l.* 1. *in fin. ff. de his qui notant.* §. 6. 7. *Inslit. de nupt.* 4 Harmen. 4. dixi ad *l.* 7. *fugr. de Judæis.* Imo pœna capitalis est Theoph. §. 6. *de nuptiis.* adde Romanum *singul.* 533. argumento ex hac lege ducto, ut dicetur. 19 Vid. *l. pen. ff. de concubi.* ut vid. Paul. *S. sent.* 20. §. *sane.* 20 Fidus celibatus. *l.* 5. *fugr. de don. ant. nupt.* 21 Adulterum cum fecunda muliere bigamus committit, ut ex hac particula colligit Menochius, *d. l.* 10. *n.* 10. vult enim hanc particulam *etiam*, implicare alium casum: perinde ac si dixisset Imperator: Non folum tale adulterium commisit, sed etiam stuprum. 22 Bigamiam pure civili capitalem esse hinc Romanus colligit *sing.* 533. cum stupri pœna sit capitalis. 23 *L.* 32. §. *pen. ff. de donat. int. vir.* 24 *L. ult. fugr. de accus.* 25 Etiam absente accusatore, prex præsens condemnari potest. 26 Quidam hanc legem referunt ad Tribadas seu fricatrices, de quibus vid. Juvenal. *Sat.* 6. Martial. 1. *Epigr.* 68. Vid. Pap. 22. *Arrogt.* 7. n. 2. Ohr. 6. *fontan.* §. *Furisticho. vers. inter mulieres.* Petrum Gregor. 6. *syntag.* 14. fed male: agitur enim hac lege de mulieribus utro se stupro dedentibus. 27 Vim pati mulieri, nuptiis aliorum non interdicitur: ita Paulus *d. l.* 3. 7. *l.* 39. *ff. h. t.* adde Tiraquellum *tract. de pœn. caus.* 39. nec eSt hujusmodi mulier infamis, *ut hic.* 28 Integra voluntate vim mulier pati potest. Tolle voluntatem ex medio, omnis actus est indifferens. *Baldi. l.* 9. *l.* 15. *in fin.* §. 8. *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* 30 Marito reipublicæ causa occupato non currunt tempora ad accusandum uxorem de adulterio constituta.

31 Vid. *l.* 29. *in fin. ff. h. t.* πορνὴ ἡ μὴ τὸ σῶμα πεπωλικυῖα. Adulterii non tenetur, qui conjungitur ei, quæ jam se multis fœcerricio more prostituit. *SynopS. Basil. h. t. cap.* 38. & 6. Harm. 2. §. 21. 32. *l.* 24. *j. h. t.* vid. *l.* 6. *ff. h. t.* adde quæ scripti ad *l.* 3. *in fin. ff. de cap. min.* Cur ita? Matrimonium quod non eSt, violari non potest. adde *l.* 13. §. *in ff. h. t.* 33 Adulteri pœna olim deportatio. *l.* 5. *ff. de quæS.* Hodie, hoc eSt, novo jure civili, adulterium punitur hac constitutione. Novissimo jure & consuetudinario, quibusdam in locis fustigatione, & exilio arbitrario punitur adultera: adulter nihuno fupplicio, alris locis adulterium mulieri & maculo capitale. adde *Novell.* 134. c. 10. Roman. *singul.* 31. Clarum *in sentent.* §. *adulterium.* De variis adulterii pœnis, vide apud *autorem SynopSeos, h. t. c.* 67. Ferrand. 1. *Explicat.* 4. vide

34 Vid. *l.* 1. §. *de ord. cognit. l.* 1. §. *de off. rect. provinc.* 2 Et ita quibusdam in casibus civilis causa criminali anteponitur, *ut hic, & l.* 8. *j. ad l. Fab. l.* 2. *C. Th. ad leg. Corn. Fap. de falS.* 3 Imo non eSt fucienda. *l.* 2. §. 7. *ff. h. t.* 4 Servi adulterii accusari possunt. *l.* 6. *l.* 12. §. 3. *ff. de accuS.* 5 Damnatis pœnam remitti, si ab aliqua muliere in matrimonium posstabatur, hinc colligunt. Rebuff. *l. c. n.* 8. Pap. 24. *Arrogt. vo.* n. 14. dixi *l.* 31. *ff. de jurejo.* vid. Tiraq. *tract. de pœn.* 6 Dixi ad *Novell.* 134. c. 12. 7 De qua vid. *l.* 5. §. *h. t.* Adulteri accusatorem repellit temporis exceptio, lenocinii & ordinis. 8 De lenocinio vid. *l.* 2. §. 4. 5. *ff. h. t. l.* 39. *in fin. l.* 47. *ff. ſolut. matrim.* 9 Ordinis fili. quo primum accusandus eSt is, cui adultera poSt matrimonium nupSit. 10 *L.* 14. §. *h. t.* 11 Id eSt, violare calliditate, quæ pudore retinetur. 12 Ab *profitegia.* 13 Hac verSutia fublata admittitur accuSatio, si lege non reprobatur accusatoris perSona & afferantur probationes per teSles extraneos & domeSticos, etiam cum queStione, ut *l.* 32. *j. h. t.* 14 Adulterium an & quando admittatur in Taberna. Propositam mulierem. *l. 1. C. Th. h. t. l.* 6. Harm. 2. §. 22. *Syn. Basil. h. t. c.* 63. *l.* 16. *l.* 20. §. *h. t.* 16 Adulterium commiSSum cum domina cauponæ, puniri poteSt, si ipSa per Se vinum in taberna præbere SoliSt eSt. adde *l.* 47. *ff. de ritu nuptiarum.* 17 *d. l.* 24. 18 Vinum per Se potantibus præbere, vile & ServileSt ministerium: unde negatur hic, adulterium cum ejusmodi muliere committi. Nam leges bonæ exiStimationis mulierum puditiæ proSpexerunt, nulla vilium & commiSSaratione dignarum ratione habita. *Syn. Basil. h. t. c.* 63. 19 Vide *l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. 20 Stuprum jure civili non commiSi cum meretrice, hinc colligunt, vide Clar. *S. sent.* §. *fornicatio* 5. *verS.* 1. 21 *L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* 22 Adulterii crimen non omnibus fine ullo diScrimine intendere permiSSum eSt: ut ne volentibus temere liceat fœdare connubia, fed foliis proximis, maximeque neceSSariis perSonis, avo aut patri, fratri, patruo, avunculo: fed inter omnes maxime viro. 6. Harm. 2. §. 4. 23 Etiam hoide publicæ acculationes adulterii funt. vide Cujac. 20. *obſerv.* 22. 24 6. Harmen. 2. 25 *L.* 2. *in fin. J. de abolit.* 26 *L.* 2. §. 8. *l.* 14. §. 2. *ff. h. t.* deinde pater. *d.* §. 2. fuceS. *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* Quid fponSus? vide *l.* 7. §. 1. *ff. h. t.* 27 Maritus cum genialis vindex eSt debet: poteSt tamen mitius experiri cum adultero. vide Papon. 22. *arrogt. vo.* num. 12. 28 *L.* 3. §. *h. t.* 29 Vide *Nov.* 117. *cap.* 15. 30 Extranei hodie non accuSant de adulterio. 31 Id eSt, adulteros, dreSt hæc SententiaS in Cod. Theod. quam tamen verSimile eSt deSumptam ex *l.* 4. *C. Theod. quor. appell. non recipiuntur.* 32 *l.* 9. §. *h. t. l.* 18. *fugr. de translat.* 33 *l.* 5. *ff. de publ. jud.* deportationis meminit *l.* 4. *infr. de queSiion.* vid. *l.* 5. *ff. de queSt.* vide Cujac. 6. *obſ.* 11. 19. *obſ.* 34. & 20. *obſ.* 19. Hotom. 21. *Illuſt.* hodie adultera aliter punitur. *Addo. prox. infr. h. t.* dixi ad *Novell.* 134. c. 10. 33 Adulteri pœna olim deportatio. *l.* 5. *ff. de queSt.* Hodie, hoc eSt, novo jure civili, adulterium punitur hac constitutione. Novissimo jure & consuetudinario, quibusdam in locis fustigatione, & exilio arbitrario punitur adultera: adulter nihuno fupplicio, alris locis adulterium mulieri & maculo capitale. adde *Novell.* 134. c. 10. Roman. *singul.* 31. Clarum *in sentent.* §. *adulterium.* De variis adulterii pœnis, vide apud *autorem Synopſeos, h. t. c.* 67. Ferrand. 1. *Explicat.* 4. vide

Si de ſtatu accuſati dubitetur.

26. Iidem AA. & CC. Criſpino.

QUoniam Alexandrum qui in crimen vocatur, etiam præſcriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post deprehenSum adulterium penes Se habuiSSe videatur, & de ſtatu ſuo agere nunc velle perſpeximus: ita ordo [1] quæſtionis dirimendus videtur, ut in primis [2] quidem de ſtatu Alexandri quæratur: ita ut ſi liberum eum eſſe adhibita audientia deprehenderis, præſcriptionis ei objiciendæ facias [3] poteſtatem. Sin vero eundem eſſe ſervum [4] cognoveris, remotis præſcriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac ſi cum detectum in eo flagitio eſſe perſpexeris, pœnam decernere quam in adulterii crimen legum ſanctio ſtatuit. Dat. 5. Kalend. Septembr. AA. CONSS.

De nuptiis inter adulteros.

27. Iidem AA. & CC. Phœbo.

COmmiſſum antea adulterium cum eo cui ſe poſtea nuptiis [5] ſociavit, velamento [6] matrimonii non extinguitur. PP. 18. Kal. Januar. CC. CONSS.

De exceptione temporis, lenocinii, & ordinis.

28. Iidem AA. & CC. Concordio Proconſ. Numidiæ.

ITa nobis cordi pudor eſt, ut removeamus priſci juris ambages, & conſtituamus in adulterii quæſtione, abolitis de medio cæteris præſcriptionibus, præter quinquennii [7] temporis, & lenocinii [8] quod marito objicitur, exceptionem, illam [9] etiam quæ poſt ſolutum prius matrimonium ante denunciationem [10] nuptæ competit, fidem criminis noſci. Indignum eſt enim, ut ultionem pudoris [11] præſtigia [12] verſuti [13] juris excludant. PP. Kalend. Jun. TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De domina cauponæ vel famula.

29. Imp. CONSTANTINUS A. Africano.

QUæ [14] adulterium commiſit utrum domina cauponæ, an miniſtra fuerit, requiri debebit, & ita obſequio famulata ſervili [15], ut plerumque ipſa intemperantiæ vina præbuerit: ut ſi [16] domina tabernæ fuerit, non ſit a vinculis juris excepta: Si vero potantibus miniſterium [17] præbuerit, pro vilitate [18] ejus, quæ in reatum deducitur, accuſatione excluſa, liberi, qui accuſantur, abſcedant: cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ juris nexibus detinentur, & *matriſfamiliæ* [19] nomen obtinent. Hæ autem immunes a judiciaria ſeveritate, & ſtupri & adulterii præſentur, quas vitæ vilitas [20] dignas legum obſervatione non credidit. Supraſcripta. Dat. 3. Non. Febr. *Heraclia*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

De accuſatoribus. Pœna adulterii.

30. Idem A. ad Euagrium.

QUamvis [21] adulterii [22] crimen inter publica [23] referatur, quorum delatio in commune omnibus fine aliqua legis interpretatione conceditur: tamen ne volentibus temere liceat fœdare connubia, proximis [24] neceſſariisque perſonis ſolummodo placet deferri copiam accuſandi, hoc eſt patri, fratri, nec non patruo, & avunculo, quos verus dolor ad accuſationem impellit. Sed etiam his perſonis legem imponimus, ut crimen abolitione [25] (ſi voluerint) compeſcant. † In primis [26] maritum genialis tori [27] vindicem eſſe oportet: cui quidem & ex ſuſpicione [28] ream conjugem facere licet, vel eam, ſi tantum ſuſpicatur, penes ſe retinere non prohibetur: nec inſcriptionis [29] vinculo contineri, cum jure mariti accuſaret, veteres retro Principes annuerunt. † Extraneos [30] autem procul arceri ab accuſatione cenſemus: nam etſi omne genus accuſationis neceſſitas inſcriptionis adſtringat, nonnulli tamen protore id faciunt, & fallis contumelias matrimonia deformant. §. 1. Sacrilegos [31] autem nuptiarum gladio [32] puniri oportet. PP. *Nicomediæ*, 7. Kal. Maji, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. [IV.] CONSS. 326.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. Si vero quando. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 10.

SEd hodie [33] adultera verberata [34] in monaſterium mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio tranſacto, vel viro, priusquam reduceret eam, mortuo: adultera tonſa monaſtico habitu ſuſcepto, ibi dum vivit, permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtantiæ liberis ſi habet applicandis: tertia monaſterio. Sed ſi liberos non habet, parentibus extantibus, hujusmodi iniquitati non conſentientibus, tertia pars applicabitur: duæ monaſterio, quibus prædictis non extantibus, omnis ejus ſubſtantia monaſterio quæretur, pactis dotalium inſtrumentorum in omni caſu viro ſervandis.

In AUTHENT. ut lic. matr. & aviæ. §. his quoque. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 15.

SI quis ei, quem ſuſpectum habet de ſua uxore, ter in ſcriptis denunciaverit ſub præſentia trium teſtium fide dignorum, & poſt inveneris eum conventionem uxori ſuæ in domo ſua, vel uxoris, vel adulteri, vel in publico, aut in ſubterbauis: ſine periculo eum permittit [35]. Si alibi inveniat, tribus teſtibus convocatis tradat eum judici: qui nulla alia ratione quæſita habet punendi licentiam. Si tamen in ſacro oratorio colloqui inveniantur, poſt tres aut dictum eſt, denunciationes: liceat marito utraque perſonas defenſori eccleſiæ tradere, aut aliis clericis, ut ad eorum periculum diviſum ejus ſervantur, donec judex cognoſcens hoc, mittat epiſcopo civitatis, qualenus ei ejus tradantur, ut debeant ſubire tormentum, ut nuncietur per eum ad præſidem provinciæ, qui ſecundum leges pœnam imponet legitimam.

De venere maſcula.

31. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANS AA. ad populum.

CUm [36] vir nubit [37], in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi ſexus [38] perdidit locum? ubi ſcelus eſt id, quod non proficit ſcire? ubi Venus mutatur [39] in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur [40]: jubemus inſurgere leges, armari jura [41] gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui funt, vel qui futuri ſunt rei. PP. *Romæ*, 17. Kalend. Jan. CONSTANTINO VIII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS.

De ſervis torquendis.

32. Imppp. GRAT. VAL. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P. P.

IN [42] adulterii quæſtione ab omni [43] familia non ſolum mariti, ſed etiam uxoris, (quæ [44] tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admiſſum) quærendum eſt ſine defenſione cujusquam. Dat. 3. Id. Decembr. *Conſtantinopoli*, ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De repetitione dotis, vel alterius debiti.

33. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

ADulterii [45] accuſatione propoſita, præſcriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere, atque perſtrepere examini confueverunt, juſſimus ſequeſtrari, nec earum [46] obice aliquid negotio tarditatis afferri: ſed accuſatione fundata, hoc eſt, cum conſtiterit quo jure, id eſt, maritine, an extranei, [quove] tempore accuſatio fuerit intromiſſa, diſcuſſatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & jurgia, quæ magnitudine ſuperantur [47], & civilis actio criminali jure poſtponatur, idem tamen, cum competere cœperit, habitura momenti, dummodo non obſit [huic] examini. Dat. 7. Id. Decembr. *Conſtantinopoli*. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De nuptiis inter accuſatos ſecutis.

34. Iidem AAA. Rufino P. P.

SI [48] qui adulterii fuerint accuſati, & obtentu proximitatis [49] intentata depulerint, per [50] commemorationem neceſſitudinis crimini

1 Vid. *l.* 1. §. *de ord. cognit. l.* 1. §. *de off. rect. provinc.* 2 Et ita quibusdam in caſus civilis cauſa criminali anteponitur, *ut hic, & l.* 8. *j. ad l. Fab. l.* 2. *C. Th. ad leg. Corn. Fap. de falſ.* 3 Imo non eſt ſucienda. *l.* 2. §. 7. *ff. h. t.* 4 Servi adulterii accuſari poſſunt. *l.* 6. *l.* 12. §. 3. *ff. de accuſ.* 5 Damnatis pœnam remitti, ſi ab aliqua muliere in matrimonium poſtulatur, hinc colligunt. Rebuff. *l. c. n.* 8. Pap. 24. *Arrogt. vo.* n. 14. dixi *l.* 31. *ff. de jurejo.* vid. Tiraq. *tract. de pœn.* 6 Dixi ad *Novell.* 134. c. 12. 7 De qua vid. *l.* 5. §. *h. t.* Adulteri accuſatorem repellit temporis exceptio, lenocinii & ordinis. 8 De lenocinio vid. *l.* 2. §. 4. 5. *ff. h. t. l.* 39. *in fin. l.* 47. *ff. ſolut. matrim.* 9 Ordinis fili. quo primum accuſandus eſt is, cui adultera poſt matrimonium nupſit. 10 *L.* 14. §. *h. t.* 11 Id eſt, violare calliditate, quæ pudore retinetur. 12 Ab *profitegia.* 13 Hac verſutia ſublata admittitur accuſatio, ſi lege non reprobatur accuſatoris perſona & afferantur probationes per teſtes extraneos & domeſticos, etiam cum queſtione, ut *l.* 32. *j. h. t.* 14 Adulterium an & quando admittatur in Taberna. Propoſitam mulierem. *l. 1. C. Th. h. t. l.* 6. Harm. 2. §. 22. *Syn. Baſil. h. t. c.* 63. *l.* 16. *l.* 20. §. *h. t.* 16 Adulterium commiſſum cum domina cauponæ, puniri poteſt, ſi ipſa per ſe vinum in taberna præbere ſolita eſt. adde *l.* 47. *ff. de ritu nuptiarum.* 17 *d. l.* 24. 18 Vinum per ſe potantibus præbere, vile & ſervile eſt miniſterium: unde negatur hic, adulterium cum ejusmodi muliere committi. Nam leges bonæ exiſtimationis mulierum puditiæ proſpexerunt, nulla vilium & commiſſaratione dignarum ratione habita. *Syn. Baſil. h. t. c.* 63. 19 Vide *l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. 20 Stuprum jure civili non commiſi cum meretrice, hinc colligunt, vide Clar. *S. sent.* §. *fornicatio* 5. *verſ.* 1. 21 *L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* 22 Adulterii crimen non omnibus fine ullo diſcrimine intendere permiſſum eſt: ut ne volentibus temere liceat fœdare connubia, fed foliis proximis, maximeque neceſſariis perſonis, avo aut patri, fratri, patruo, avunculo: fed inter omnes maxime viro. 6. Harm. 2. §. 4. 23 Etiam hoide publicæ acculationes adulterii funt. vide Cujac. 20. *obſ.* 22. 24 6. Harmen. 2. 25 *L.* 2. *in fin. J. de abolit.* 26 *L.* 2. §. 8. *l.* 14. §. 2. *ff. h. t.* deinde pater. *d.* §. 2. fuceS. *l.* 11. §. 3. *ff. h. t.* Quid ſponſus? vide *l.* 7. §. 1. *ff. h. t.* 27 Maritus cum genialis vindex eſt debet: poteſt tamen mitius experiri cum adultero. vide Papon. 22. *arrogt. vo.* num. 12. 28 *L.* 3. §. *h. t.* 29 Vide *Nov.* 117. *cap.* 15. 30 Extranei hodie non accuſant de adulterio. 31 Id eſt, adulteros, dreſt hæc ſententia in Cod. Theod. quam tamen verſimile eſt deſumptam ex *l.* 4. *C. Theod. quor. appell. non recipiuntur.* 32 *l.* 9. §. *h. t. l.* 18. *fugr. de translat.* 33 *l.* 5. *ff. de publ. jud.* deportationis meminit *l.* 4. *infr. de queſtion.* vid. *l.* 5. *ff. de queſt.* vide Cujac. 6. *obſ.* 11. 19. *obſ.* 34. & 20. *obſ.* 19. Hotom. 21. *Illuſt.* hodie adultera aliter punitur. *Addo. prox. infr. h. t.* dixi ad *Novell.* 134. c. 10. 33 Adulteri pœna olim deportatio. *l.* 5. *ff. de queſt.* Hodie, hoc eſt, novo jure civili, adulterium punitur hac conſtitutione. Novissimo jure & consuetudinario, quibusdam in locis fuſtigatione, & exilio arbitrario punitur adultera: adulter nihuno fupplicio, alris locis adulterium mulieri & maculo capitale. adde *Novell.* 134. c. 10. Roman. *ſingul.* 31. Clarum *in ſentent.* §. *adulterium.* De variis adulterii pœnis, vide apud *autorem Synopſeos, h. t. c.* 67. Ferrand. 1. *Explicat.* 4. vide

34 Pœna adulteræ nova. 35 Dixi ad *Novell.* 117. c. 8. 36 *L.* 3. *C. Theod. h. t.* adde *Novell.* 77. *Novell.* 141. Goth. Intellectum hujus legis vide apud Rævard. *var. lib.* 4. *cap.* 20. Alciat. *parerg. lib.* 10. *cap.* 11. Anf. Damhaud. *prax. crim.* c. 93. Jul. Clar. 8. *Sodomia. num.* 4. S. 1. 37 Al. *nubit, in ſemina viros proſectura, quid cupiat &c. d. l.* 3. *nubit in ſemina viros parturit, quid cupiat &c.* Hal. *nubit ad ſemina viris parituras: quid cupiatur &c.* Rævar. 4. *Var.* 20. Ita legi poteſt, *Cum virtualiter ſemina viris parturitura quid cupiatur?* Vir nubere dicitur, quoties mulieria patitur: quoties contra naturam ſexus non agit, ſed patitur. *infr. h. t. ſind. Illa ſexus peritidis locum,* hoc eſt, venerem in alteram formam mutare, *J. h. t. ibi, nisi Venus mutatur in alteram formam.* viri corpus mulieritur conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, nihil diſcretum habet cum fœminis, fuum ſexum turpiter perdere & alienum experire, facrudinum hoſpitium virilis animæ fœdare. vide *conſt. Valentin.* apud Ruffin. *lib.* 7. *de gubern. imp.* Salvian. *lib.* 7. *de gubern. viri in ſemitiſſe ſemina proſtituantur.* Clemens 3. *Padago.* ἀνδρες πινὶζωσιν ὡς γυναικες ἀνδιζονται. Iamprid. in *Heliog. Nuſſit,* inquit, *& coitu, ut & procubuum habuerat.* Dion. *in Nerone,* συνεγινετο αμα τῳ Νερωνι Πυθαγορας μεν ὡς αυτῳ, Σακρος δε ὡς γυνη. Agebatur id genus infamiæ habita (quod verbo *matandi* ipſiſſimi hic diſtinditur) vultu & inceſſu fœminis adſimpta, Salvian. *de loco. Cum enim mulierem habitum viri ſumerent & magis quam mulieres, gradum fingerent,* & poſt. *cum ſaminei tegminum illigamentis cingula ve erent.* Lamprid. *ibid. Vultumo edato, quo Venus pingitur, ſchemate ſingendi & corpore ita expulſus.* Id nemo Martiale melius expreſſit *l.* 12. *Barbatus rigido muſſit Gallipratus Apro, Hac qua lege viro nubere virgo ſolet. Pellucere faces, verbenas flammea nubus, Nec tua deſponsæ verba, Thalaſſe, time: Dos etiam dicta eſt, Nondum tibi Roma videtur Hoc ſatis, expectas, nunquid & ut pariat? jubea de maſculis. Fœminæ eodem quoque pene vitio affuetæ.* Seneca *contr. Jactatur modo in Partitione, modo in multorum ſtatorum compoſita. Imparatæ virorum eam in ſinum erant.* vide *praſcam conſtit.* apud Ruffin. *lib.* 5. *cell. leg. Moſ.* 38 Ubi nulla habetur ratio ſexus a Deo diſtincti, Paulus *ad Rom. i. verſ.* 27. ἀφεντες ἀφθιτος την φυσικην χρησιν της θηλειας, ἐξεκαυθησαν εν τῃ ὀρεξει αυτων εἰς ἀλληλους &c. 39 Vide Paul. *ibi, v.* 26. μετηλλαξαν την φυσικην χρησιν. 40 Nec invenitur. 41 Vide quæ dixi ad *Novell.* 77. *Novell.* 141. 42 *L.* 4. *C. Theod. eodem.* 43 *l.* 3. §. *h. t. l.* 4. §. 3. *ff. de requis.* 44 Et ita mitigatur durities legis 12. §. 1. *ff. qui & a quib. manum.* 45 *L.* 7. *C. Theod. h. t.* 46 *L.* 27. *ff. rer. amot.* Quæſtione dotis petitæ ac ſimiliter, adulterii quæſtio prorogari ſui evitari non poteſt. 47 Superant, *d. l.* 7. 48 *L.* 8. *C. Th. h. t.* 49 Vide *l.* 19. *fugr. de epiſc. & clerie.* Audita eſt Mævia negans adulterium cum Titio commiſſum, vel eo ſolo, quod Titius genere nimis propinquus ei eſſet. Si Mævia poſtmodum nubit Titio, præſumetur adulterium commiſſe, ut actio contrario ſubſecuto præſumat